et eius Successores in dicto bonis et occasione eorundem ab omni quavis impetitio-
ne iniuridica et extraniuridica omnibusque Inscriptionibus prioribus et posterio-
ribus debitis vinculis reformationibus quarumcumque personarum status se-
xus ac conditionis cuiusvis existentibus omnibus denique Cittationibus Comittoni-
bus lucris per lucris productis et producendis totius quoque opus fuit, tueri defen-
dere eminere eliberare bonaque praefata semper munda et libera facere vel ipse
met per se submissasque personas quovismodo impugnare praepedire et
adimere sub vadio Centum florenorum pecunie monte polonicali. Preterea
se cum Successoribus super bonis suis omnibus terris inscribit et obligat pre-
sentem inscriptionem ex his Actis ad Acta Terrestria Praemisliensia ante decursum
unius Anni transferre et transportare, ac circa transportationem in-
scriptionis presentis Nobilem Catherinam Consortem suam legitimam cum duo-
bus amicis ipsi de linea paterna proximioribus ad Acta Terrestria Praemisliensia
ad consentiendum super inscriptionem praesentem adducere et statuere sub vadio si-
mili Centum florenorum pecunie monte polonicali. Pro quo quidem vadio casu non
satisfactionis praemissorum transgressus praenominatus Martinus Rogozynski
cum suis Successoribus ad instantiam praefatae Arygleo Zelyborski aut eius
Successorum Cittatus extunc recedendum ab omni proprio foro et competentia in officio
praesenti Castrensi Praemisliensi semper in primo Cittationis termino peremptorie
Comparituros iurisdictionem omnemque sententiam in eo passu prolatam liberi
passurus ac illud in instantiam vadium pro quo Cittatus fuit soluturus praesti-
taque solutione vadii praedictae inscriptioni et omnibus eius contentis totius quoque opus
fuit satisfacturus Terminum ipsum primum peremptorium et contentum inscriptionis
praesentis Cittationis ac processus ex ea emanatae nullis excogitatis colloribus
vel adiuvent modis sive cautellisque tam ex iure scripto vel ex consuetudi-
nibus viri legum scriptarum in se complectentibus utentium moribus comprobatis in
auxilium et consilium Causae recipi poterint non subterfugiendo neque evadendo
quippe omnibus his et aliis remediis motionibus appellationibus evasionibus
poenis dilationibus ad quietem legalibus quibusvis impedimentis Constitutionum

laudatae et laudandae aliisque omnibus iuris beneficiis sancitae et sanciendae renun-
ciando et abdicando Quod mihi firmatum est

Baranieczki quietat alium

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Praemisliensibus personaliter stans No-
bilis Wauleo Baranieczki a terris pallatinatibus districtibus iuribus-
que suis quibusvis propriis ac foro competentibus recedendum huic vero praesenti Ca-
strensi Praemisliensi iurisdictioni quoad actum praesentem attinet incorporandum
et subiciendum sanus mens et corpore existens pecunie palam ac perexpre-
ssum recognovit Quia a Nobili Wasleo Baranieczki summam viginti flo-
renorum pecunie sibi Actis Terrestribus Praemisliensibus inscriptae recepit et ma-
nualiter levavit ratione cuius persolutionis eundem Wasleo et eius Successores
perpetue quietat liberumque et absolutum pronunciat Inscriptionemque super
eandem summam servientem ac totum processum iudiciarium in quocumque puncto et
gradu iuris dependentem cassat mortificat annihilat obliterat perpetuum
sibi et Successoribus suis pro praemissis agendum ea repetendum imponendum silentium hac
sua recognitione mediante Quod mihi firmatum est.

Baranieczki recedit a Processu

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Praemisliensibus personaliter stans No-
bilis Wasleo Baranieczki a terris pallatinatibus districtibus iuribusque
suis quibusvis propriis ac foro competentibus recedendum huic vero praesenti iurisdictioni
quoad actum praesentem attinet incorporandum et subiciendum sanus mens et corpo-
re existens pecunie palam ac perexpressum recognovit Quia ab omnibus Cittatio-
nibus Comittationibus lucris per lucris totoque processu iudiciario in quocumque puncto
et gradu iuris dependentem Coram quovis iudicio et Officio Regni occasione cu-
iuscumque rei et iniuriae super Nobili Wauleo Baranieczki perductae obtentae et
acquisitae recedit eundemque Wauleo et eius Successores ob satisfactionem sibi de praemissis
praestitam quietat liberumque et absolutum perpetue pronunciat sibi et
Successoribus suis perpetuum imponendum silentium Quod mihi firmatum est.